



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

De confessore no[n] ponti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

recepit: ut cum quo peccauit cum
ipso et puniatur. cum timere: quod
potest animam et corpus per-
dere in gehennam. **De confessoribus festiue in primis versibus psalmi seriales cum suis antiphonis. Hymnus. Iste confessor.**
Cap. de vno confessore et pontifice.
Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. **Capitulum.**
Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inuentus est iustus. et in tempore iracundie factus est reconciliatio. **Capitulum.**
Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsum:ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam.
Bartholomeus Testis. Capitulum.
ficio: coram deo et christo iesu qui iudicaturus est viuos ac mortuos et aduentum ipsius et regnum eius predica verbum. in ita oportune importune. Deo
Ecce sacerdos magnus qui in vita sua suffulsi domum: et in diebus suis corroborauit templum. Templum autem altitudo ab ipso fundata est duplex edificatio et excelsi parietes templi. Deo gratias **De pluribus confessoribus. Capitulum.**
Plures facti sunt sacerdotes idcirco quod morte prohiberent

permanere. Iesus autem eo quod maneat in eternum sempiternum habet sacerdotium. Deo gratias.
De confessore non pontifice. Capitulum.
Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictione. **Capitulum.** Dedit dominus confessionem sancto suo et excelso in verba glorie et omni corde laudauit dominum et dilexit eum qui fecit illum. Deo gratias.
Psalmus. Ecce sacerdos magnus. **Supra magnum. si fuerit pontifex. antiphona.**
Sacerdos et pontifex et virtutum artifex bonus pastor in populo sic placuit domino. **Si non pontifex. antiphona.** Similabo eum viro sapienti qui edificauit domum suam supra petram. **De confessore et pontifice. Collecta.**
Misericordiam tuam domine nobis quesumus interueniente beato. **A.** confessore tuo atque pontifice clementer impende: et nobis peccatoribus ipsius propiciare suffragiis. Per dominum.
O. a quesumus omnipotens deus: ut beati **A.** confessoris tui atque pontificis veneranda sollemnitas et deuotionem nobis auget et salutem. Per dominum.
De confessore non pontifice. Capitulum.
Deus qui nos beati **A.** confessoris tui annuifolennitate letificas concede propicius ut cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum.